

EPISTOLA

legibus Naturæ immutabilibus depugnare
ausus est, eò præceps ruit: ut quæ cæterum
vera principia artis subsidio eruit, non a-
gnosceret, & ab hactenus receptis diuersissi-
ma opinaretur. Periander medicus egregius
quantumuis ineptus esset poëta, videri ta-
men sat agebat. Illi ergo Archidamus, qui fit,
ô Periander, öπι αὐτὶ χαρίειται οἰατεῖς νανοῖς
ποιητὴς ναλεῖς Πτιδυμεῖς. Sic nos Paracelsum
eiusq; sectatores demiramur, industriorum
Chymicorū loco ineptos metaphysicos, phy-
sicos, medicos videri velle. Sed & heic obsi-
stere posset aliquis: & quando antiqui Chy-
mici se solos esse philosophos instanter urge-
bant, asseuerare, eundem quem illi, finem,
quo omnem entis tum simplicis, tum mate-
riæ inherentis regionem peruaderent, exi-
mie constituisse, seq; adeò ipsos, quā Chymici
fuere, in Metaphysicorū & Physicorum cæ-
tu collocauisse. Sic non ignoro plures senti-
re. Quām autem verè dispiciamus non nihil.
Materia vel Subiectū Philosophiæ res sunt,
tum naturales omnes, & diuina: tum quas
nostræ ratiocinationis prudens arbitrium
decernit, humanae. Forma earundem est cō-
templatio: ex qua, quid sentiendum sit, quid
agendum firmiter constat. Finis scientia
veri,